

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Epistolarvm [epistolarum] D. Philippi Melanchthonis  
Farrago**

**Melanchthon, Philipp**

**Basileae, 1565**

**VD16 -M3220**

Charissimo filio suo Philippo Melanchtoni, ciui Torgensi, S. D.

[urn:nbn:de:bsz:31-312770](#)

Charissimo filio suo Philippo Me-  
lanchthoni, cui Torgensi,

S. D.

Charissime fili: Pagellas, quas mitto, dabis reue-  
rendo D. pastori, & gubernatori schole. De tuis  
rebus aut scribes mihi, aut ipse aduenies. Fuerā uo-  
catus à Palatino Electore. Sed retineor seu fato,  
seu alijs causis: nec cupio mihi plura negocia acer-  
sere, in tam maledico seculo. Bene uale. Die Apri-  
lis 26.

D. Joanni Buchnero, pastori in Ec-  
clesia Osenhacensi, S. D.

Venerande uir, & charissime amice. Venit ad  
nos Torgam uester nuncius, ut ex ipso intelligetis.  
Cum autem nunc uirum ualde idoneum ad munus  
diaconi norim in nostra Academia, ualentem inge-  
nio & facundia, & corporis figura ornatum, eru-  
ditum et modestum, non procul à nobis natum, ni-  
mirum Salringen: hunc ad uos quam primum mit-  
tam. ideo quæso, ut ei locum seruetis. Diu mihi no-  
tus fuit, & stipendum à Principe antea habuit, &  
fuit diligens in omni officio: utinam eum uobis nu-  
per commendare potuisssem. Sed nondum sciebam,  
eum in Academiam reuersurum esse. Illud te oro,  
ut diaconis hortator sis, ut prorsus nullam mentio-  
nen faciant belli in concionibus: sed dicant necessa-

z 4 ria

Uarg 1550. Cf. Stroh.

Nel. p. 32.